

111
110
jam ullam aliam studiorum meorum recreationem, quam
eruditissimas illas cum tantis viris confabulationes,
quibus si tu quoque praesens esses, nihil jam ad plenum hoc
gaudium posset desiderari. Fecit Christy, ut te propediem
videam. Hesperum Princeps nuper me ad prandium
vocavit, adolescens vehementi ingenio et scriptura san-
cto supra hujus fortuna rationem studiosi, quo cum de
universa Evangelii causa diu multumque disceptavi,
duas autem horas de eucharistia. Sed princeps ille
in numeratis omnibus sacramentalium argumenta, quorum
solationem à me audire voluit, et gratia dei prestante sic
ea de re disperi, ut mihi ejus mentem intelligere non fue-
rit difficile, non sentit cum Zwinglio, ita tamen fassus est mihi,
votis tamen ardentissimis exoptat doctorum hominum con-
cordiam, quantum sitis pietas, ad quam rem promisi ope-
ram meam omnem charitatis, fidem dixi illibatam omnino
conservari oportere, ceterum charitatem esse exquisitam
omnibus. Reliqua longius esset recensere, gaudeo certe prin-
cipem illum multo minus ad discordiam esse pronum,
quam ante ejus adventum rumor sparserat. in summa
spem concepi de Hespero, sana eum consilia Philippi
et aliorum haud quaquam aspernaturum. Salutant
te nostri omnes. Gratia Domini tecum amen. Ex
Augusta 21. Maji anno 1530. Erro mi Praeceptor,
Dominum pro me et fratribus, id quod
pro te facimus sedulo.

Urbanus Rhegius

Inscriptis.
Martino Luthero, Theologo eruditissimo et
integerrimo, suo in Christo Praeceptoris charissimus.

Doctori Martino Luthero Joh: Brentius
S. in Christo. Accipi Anos meum, later observandissime,
sed quae tu mihi in praefatione tribuis, ea neque accipis, neque
agnosco. Libenter quidem admiserim, et summis votis optarim,
ut spiritus

(65.)

ut Spiritus Christi in me omnium indignissimo bustore in-
habitet, sed quod infantia mea, nescio quas dicendi artes
et nitorem adscribis, legens prorsus embesco, quippe qui
probe sciam, quod talia dona nunquam assecutus sim,
ne per somnium quidem. Te ipsum autem te eo magis admiran-
dam exhibes, quo humiliter te infra meam et mei finitimum
dejiis, et vere illud Christi implet, qui major est, minor sit.
Ego vero ita existans, nulla unquam fuisse comitia, in
quibus multa agendo plura acta et transacta sint, quam in
his nihil agendo. Eus. sunt illa acta rogas? Dicam pau-
cis: Adversarii nostri declarati et manifestati, sunt in
his comitiis vere Pharaones et Anti-Christi. Antea enim
sperabatur adhuc in adversariis cor carneum, sperabatur
qualiunq; resipiscentia, nunc autem, cum omnia tenta-
ta, omnia media concessa sint, ut et propter hanc cau-
sam a nostris saepe numero pessime audiverimus, et
tamen adversarii nec agnoscent, nec resipiscunt, sed con-
tra damnant et insaniunt, nonne manifestis argumen-
tis se declarant Pharaones et Anti-Christos. Quod si vel
mica pietatis in toto corpore papistum esset, certe his mediis,
quibus illi tentati sunt, emicisisset. Accedit huc, quod in prio-
ribus comitiis saepe ingenue confessi sint, multos in Eule-
sia sua errores et abusos esse, nunc autem, ne hoc quidem
confitentur, tam puros et sanctos facit ipsos saecularis presen-
tia, si n. in articulo de concilio celebrando scribant. Eua
fortassis possunt aliqui errores in Eulesia esse, deo concili-
um celebrabimus, audiri? Non jam dicunt, ut in priori-
bus comitiis sunt errores in Eulesia nostra, sed possunt
esse fortassis. O imprudentia! Itaque non tantum ex scriptura
sacra, verum etiam manifestis experientiae argumentis
tibi nunc pronunciat et publice predicatur, Papistas esse
primum Pharaones, qui nec ipsi in terram promissam in-
grediuntur, nec populum dei ingredi permittunt: deinde anti-
Christos,

111

Christos, qui doctrinam pietatis prohibent, et impietatem man-
dant. Atque haec acta et revelata sunt in concilio Augustanis,
quae certe tam non nihil dicit. Quae enim sacra scriptura
tot verbis, tot sententiis, tot capitibus, tot libris anti-Christum
describit, hunc non multis admodum diebus concilia Augusti-
na revelarunt. Sed perdet Dominus filium illam perditionis
nos autem in Christo semper liberabit amen. Vale in Domino
et precibus tuae caritatis meae commendo diligentissime.
Ex Hala Suevorum 4. Novembrii Anno 1530.

Inscriptio.
Clarissimo Viri D. Martino Luthero
Patri suo in Christo majori semper
obseruando.

Jo. Brentius Tuus.

66)

Doctori Martino Luthero Eobanus Hessus. S.
Bona spes est, optime Luthere, domum tandem te sal-
vum esse, re versum post diuturnum istum obynzitu-
carcerem. Quid etiam enim aliud hoc appellem, cum in
eo non secus ac in cavea aliqua inclusas tot dierum
et nocturnas desederis, aliis quidem permultis, tibi vero
soli minime ereptus. Sic loquor vero ut vulgus solet,
ereptum esse, quem non videas, quo cum congredi, cum
velis, nequeas; alioqui Luthere, non ereptus nobis in
istam arcem inclusus fuisti, sed redditus potius, ut qui velut
in theatro sedens, vel in sublimi potius specula, et omnia
sua circumspicere, et omnibus bonis quam rectissime
consulteres. Nam qualia quantaque bona, existat tua
specula in nos effuderis, ut nos coram deo testemur,
ita mundi haudquaquam agnoscat. Quamquam ne inini-
ci quidem nostri ulla ratione, negare possunt et bonum
virum esse te et bona plurima consultasse et conferre.
Sic R.